

*in eternum damnati perierint. Quo dementiæ nemo certe progredietur, ut ita sentiat.*

§. 16. Hæc sunt potiora fundamenta & argumenta, quæ veritatem & certitudinem Resurrectionis Christi animis nostris satis inculcant. Quæ compendii gratiâ, & ut eorum vis & ἐπιπέσεια eò magis pateat, quatuor sequentibus Syllogismis generalibus categoricis inclusa tradere placet:

I. Syllog: ex §. I. 2. 3. & 4.

*Quicumq; victor ille futurus & conculcator colubri antiqui fuit; 2. corruptionem non videre, neque in sepulchro manere, sed caput exaltare, deque morte & inferno destructo ἐπιβίσιον carere debuit; 3. tot typis tanquam verus Antitypus respondit; Is necessario ex fluctibus mortis emergere ac reviviscere debuit, adeoq; ejus Resurrectionem certam & indubitatam esse oportet.*

*Atqui Christus victor ille futurus & conculcator colubri antiqui fuit; 2. corruptionem non videre, neq; in morte manere, sed caput exaltare, deq; morte & inferno destructo ἐπιβίσιον carere debuit; 3. tot typis tanquam verus Antitypus respondit.*

*E. Christus necessario ex fluctibus mortis emergere ac reviviscere debuit, adeoq; ejus Resurrectionem certam & indubitatam esse oportet.*

2. Syllo